Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Hieronymus, Sammelhandschrift - Cod. Aug. perg. 197

Hieronymus, Sophronius Eusebius

[S.l.], [9. Jh.]

Hieronymus, Epistola XIII

urn:nbn:de:bsz:31-1685

Visual Library

terra quateretur. custos carceris crederet. magistratus & ciuitas
terrerentur. Loquitur paulus orationi insistite. uigilantes
in ea. & in alio loco in uigiliis frequenter. Dormitet itaq;
uigilantius. & ab exterminatore aegypti cum egyptiis dormiens
suffocetur. Nos dicamus cum dauid; non dormitabit neq; obdor
miet qui custodit israhel. ut ueniat ad nos scs & hir qui inter
pretatur uigil. & si quando propter peccata nostra dormierit.
dicamus ad eum. Exsurge quare obdormis. excitemus q; illum
& nauicula fluctuante clamemus. Magister. saluos nos fac. pe
rimus. Plura dicere uolueram. si non epistolaris breuitas pudo
rem nobis tacendi inponeret. & si tu librorum eius ad nos uoluisses mitte
re cantilenas. ut scire possimus ad quae re scribere deberemus.
Nunc autem aerem uerberauimus. & non tam illius infidelita
tem. quae omnibus patet. quam nram fidem aperuimus.
Ceterum si uolueris nos longiorem aduersus eum librum scribere.
mitte nenias illius & ineptias. ut iohannem baptistam audiat
predicantem. Iam securis ad radicem arborum posita est.
omnis arbor quae non facit fructum bonum excidetur & in ignem mittetur.

xiii HIERONIMUS AD GASTORINA MATERTERA

Iohannes idem apostolus & euangelista in epistola sua ait. Qui
cumq; odit fratrem suum. homicida est. Et recte cum homi
cidium ex odio sepe nascatur. Quicumq; odit etiam si gladio nec
dum percusserit. animo tamen homicida est. Cur ais tale
principium. scilicet ut ueteri rancore deposito mundum pecto
ribus dō paremus habitaculum. Irascimini inquit dauid &
nolite peccare. hoc quod uelit intellegi apostolus plenius in
terpretatur. Sol non occidat super iracundiam uestram.

quid agimus nos indie iudicii · super quorum iram · non unus dies.
sed tantorum annorum sol tectus occubuit ·⁊ Dñs loquitur in euan
gelio · si offers munus tuum ad altare · ibiq; reminiscaris quia
frater tuus habet aliquid aduersum te · uade reconciliare prius
fratri tuo · & sic offeres munus tuum ad altare ·⁊ Ve mihi miserо
nec dicam tibi · quanto tempore aut non obtuli munus ad altare ·
aut in pernanente sine causa obtuli munus ·⁊ Quomodo in cot
tidiana prece unquam diximus · dimitte nobis debita nostra
sicut & nos dimittimus debitoribus nostris · animo discor
dante cum uerbis · oratione desidente cum factis ·⁊ Precor itaq;
quod & ante annum prioribus litteris rogaueram · ut pacem
quam nobis dñs reliquit habeamus · & meum desiderium &
tuam mentem xpi intueatur ·⁊ Intueri ante tribunal eius re
conciliata seu scissa concordia · aut premium reperiet · aut
poenam ·⁊ Quod si quod procul absit naueris · ego liber ero ·
epistola mea haec cum lecta fuerit absoluet ·⁊

XIIII. HIERONIMUS AD SALVINAM

Vereor ne officium putetur ambitio · & quod illius exem
plo facimus quiant · discite ame quia mitis sum & humilis
corde · gloriae facere appetione dicamur ·⁊ & non uiduam
alloqui in angustiis constitutam · sed aulae nos insinuare regali ·⁊
& sub occasione sermonis · amicitias potentium quaerere ·⁊
Quod liquido non putabit quisquis erit esse preceptum personam
pauperis non accipies in iudicione · supra textum · misericordiae
quod iniustum est iudicemus ·⁊ Vnumquemq; enim nrm non
hominum sed rerum pondere iudicandum est ·⁊ Nec diuiti ob
sunt opes si bene esse utatur · nec pauperem egestas commendabi

ut. discrep. uice